IN TRACTATUM

DE PHARMACIS.

Clarißimi ac Excellentiß. Viri

TOBIÆ DORNCREILII PHIlosophiæ & MedicinæD.

EPIGRAMMA.

ENtua iam Medicâ, TOBIA, eſt falx meſſe repoſta,
Demete quod nimium eſt, non, benè quicquid adeſt.
Pharmaca dum mittis, malè cautis ſcomma remittis;
Scilicet, hic iuvenis, millia multa metit.
Sis prudens, Methodiq; tenax, & ſingula ſpecta
Sobrius, hinc artiquam bona fulcra dabis.
Non natura Deusvè bonis bona quæq; negavit,
Muſa placet, placeant Pharmaca danda tuis.

Ioan. VVerner D. Reverendiſſ. Capitul. ac Reipub. Halberſtadienſis Medicus.

IN

In Tractatum
Nobilißimi atque doctiß. Viri
D. TOBIÆ DORNCREILII
ABEBERHARTZ IGLAVIENSIS,
De Purgationibus.

Dilatum satiũ, & versatum est mente Tobia:
Ingenij specimen, dum potes, ede, tui.
Limitibus circumscripsit Natura pudorem
Æqua suis, & habet vimq; modumq; timor.
Stigma ut prostibulis tam divinæ artis inuras,
Purgandi veros & tueare modos:
Optima succincto veterum præcepta libello
Congeris, & quæ sint tuta, minusvè, doces.
Quis Bonus hoc studiũ, quis doctrinæ improbet u-
Et finem, tantæ iudiciumq; rei? (sum.
O Medicũ Numen terrestre! Sed obsecro qualẽ?
Qui bonus est Medicus, vir pariterq; bonus.
Quem non artificẽ tantùm ars, solertia tantùm,
Sed Pietas etiam sobria, casta, facit.

Qualem Saxonicis te IVLIAS educat oris
Lactea; Sed cuinam hæc educat? anne sibi?
Hoc Superum in genibus. Sed terq; quaterq; be-
O gentem, talis cui sit Aristogenes! (atam
IGLAVIA hæc audi: tali tu Cive beata es,
IVLIAS aureolo quem fovet in gremio.
Forsan eris multò sed ciue beatior illo;
Si tibi, non aliis, fiet ARISTOGENES.
Muneris hoc curæq; tuæ est, Morauûm inclita se-
Qui cupit, ut fructū demetat, antè serat. (des
Vera loquor: spectat tu° hoc Dorncreilius *unū,*
Sit bonus ut Medicus, vir pariterq; bonus.
Ipsius ingenium, doctrina, modestia, candor,
Sobrietas, aliis nota, probata mihi.
Pullus labe carens ergò omniparentis Hygeiæ est:
Si sapis, hunc aliis subÿce fida tuis.
Si qua patrocinio res digna; industria digna est,
Quam studiis adhibet mens generosa bonis.

Salomon Frencelius à Friden-
thal, Acad. Iuliæ Professor
Ethicus.

TRA-